

1.

Tobiáš, pražský biskup, ustanovuje a potvrzuje na prezentaci opata Jaroslava a konevntu vilémovského kláštera kněze Čecha farářem a správcem kostela v Markovice a prohlašuje, že klášter pronajal faráři za stanovených podmínek výnos z desátka ze vsi Zehuby.

Praha, 20. listopad 1284

Originál na pergamenu (23 x 13,5 – 2,5 cm): Národní archiv, Benediktini – klášter Břevnov, inv. č. 51 (A).

Ed. MHB VI, s. 388, č. XI.

Reg. KLL I, s. 46, č. 81. – RBM II, s. 575, č. 1331.

Lit.

Na zadní straně listiny rukou 17. století napsáno: Czechonis presbiterii in parrochii Marchawitz institutio 1284. Pod tím rukou 18. století připsána signatura N. 59.

Písar: T 4 = Petr Perlík, notář pražských biskupů v letech 1257–1284 (CDB VII/6, s. 42).

Diktátor:

Thobias, Dei gracia Pragensis episcopus, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra, quod ad peticionem et presentacionem honorabilis viri domini Jaroslai, abbatis et conventus eius de Wilamow, discretum virum Chechonem presbyterum, exhibitorem presentium, in ecclesia de Marcowich, in qua idem dominus abbas cum conventu suo predicto ius obtinet patronatus, rectorem instituimus legitimum et plebanum ipsumque sibi auctoritate, qua fungimur, cum omnibus suis pertinenciis confirmamus. Ad hec scire debetis quod predictus abbas et conventus universos redditus et proventus decimarum, quem villa Zehubi ad eos ab antiquo et eorum spectant monasterium pleno iure predicto plebano pro tribus libris cere, quas ipse annis singulis quamdiu eandem ecclesiam sibi confirmatam possederit, eis et eorum ecclesie in festivitate sanctorum Petri et Pauli apostolorum fideliter debet persolvere, de nostra speciali licencia locaverunt. In cuius rei testimonium istud scriptum fieri fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Datum Pragae XII kalendas decembris anno Domini M^o CC^o LXXXIII^o, pontificatus nostri anno sexto, inductione XIII.

Pečet': biskupa Tobiáše (jako vydavatele), I. typ, z přirozeného vosku, přivešná na béžovo červených hedvábných nitích, poškozená, restaurovaná (CDB VII/6, s. 20, č. 17). Na rubu sekretní pečet' vydavatele (I. typ) z přirozeného vosku, poškozená (CDB VII/6, s. 20, č. 19).

2.

Tobiáš, pražský biskup, povoluje na žádost opata Racka a kladrubského kláštera, že klášter může po dobu jeho hmotné nouze spravovat farní kostel v Touškově, k němuž drtí patronátní právo, jedním z jeho bratrů a užívat veškerý výnos kostela ve svůj prospěch.

Praha, 12. nebo 13. března 1288¹⁾

Opis v listině Matěje ze Skrampníků, vikáře in spiritualibus pražského arcibiskupa Jana I. Očka z Vlašimi z 1. června 1384, vydané jako instrument veřejného notáře Petra, syna Jindřicha z Luticn; dochován jednak jako originál na pergamenu: NA, AZK, inv. č. 521 (B1), jednak jako opis v kopiáři sub C, fol. 100v–101r (B2). Opis v papírovém kopiáři ze 17. století zvaném Liber privilegiorum Cladrubensis: NA, AZK, sg. fol. 92v–93v (C).

Reg.: KLL I, s. 135, č. 346. – RBM II, č. 1438 (ex C).

Listina se dochovala též jako formulář ve formulářové sbírce biskupa Tobiáše (FTB, s. č.)

Th., Dei gracia Pragensis episcopus, honorabilibus viris domino R. abbatи totique conventui monasterii Cladrubensis salutem et sinceram in Domino caritatem. Honestatis vestre precibus inclinati, ut hiis in pacatis temporibus propter indigentias et defectus multiplices, quos habetis, ecclesiam parochialem in Tuskow, forensi opido vestro, in qua ius patronatus plenarie ad vos spectat, quamdiu predicte vestre indigencie duraverint et defectus, per aliquem ex fratribus vestris ad hoc ydoneum in spiritualibus et temporalibus procurare possitis ac eciam gubernare, proventus ipsius ecclesie ad utilitatem vestram omnes et singulos convertentes, illius fratris et monachi, qui eadem ecclesiam de mandato vestro medio tempore rexerit sustentacione congrua reservata ad instar Iohannis, bone memorie predecessoris nostri, auctoritate nobis, qua fungimur, ex certa sciencia liberaliter ac misericorditer indulgemus, salvis nostris et archidiaconorum nostrorum iuribus ac eo, quod plebanus legitimus sive rector de Tuskow ecclesie supradicte, si quis nunc ibidem consistit in corporali possessione ipsius quamdiu vixerit, nullam prorsus violenciam paciatur. In cuius rei testimonium istud scriptum fieri et sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum Prage anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo octavo, III idus marci, pontificatus nostri anno decimo, inductionis prime.

1) B uvádí *IV idus martii*, C *III idus martii*. Nelze jednoznačně zjistit, které datum je oprávněno chybně.

In nomine Domini amen. Nos Thobias, Dei gracia Pragensis episcopus omnibus in perpetuum. Incumbit nobis ex debito pontificalis officii, ut iusta petencium desideriis audienciam cum efficacia prebeamus, presertim cum eorum vota et puritas adiuvat et iuris explorati veritas non relinquit. Ea propter notum esse volumus universis tenorem presencium inspecturis, quod nos ad preces et devotam instanciam precordialis domini nostri, domini Wencezlay, incliti regis Bohemie et marchionis Moravie, donationem legitimam et perfectam, quam ipse honestis et religiosis viris priori et magistro ac fratribus hospitalis sancti Francisci in pede pontis Pragensis cruciferis ordinis stellatorum, pietatis intuitu de assensu nostro fecisse dignoscitur ex causa saluberrima et honesta, ecclesiam de Cunsperch, civitate sua, in provincia Cubitensi sita et ius patronatus eiusdem cum omnibus suis pertinenciis divine remuneracionis intuitu et pro suorum peccatorum remedio conferendo, ratam et gratam habentes, accedente ad

hoc honorabilium virorum domini Ulrici prepositi, magistri Gregorii decani totiusque Pragesnsis ecclesie nostre capituli communi connivencia et assensu, auctoritate, qua fungimur, ex certa scientia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre confirmationis paginam infringere aut ei ausu temerario contraire; si quis autem contrarium attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei et beatorum Viti, Wenceslai, Adalberti martirum et aliorum sanctorum omnium se noverit incursum. In cuius rei testimonium istud scriptum fieri et sigilli nostri munimine fecimus communiri. Datum Prague, anno Domini millesimo ducentesimo octoagesimo octavo, VII^o idus marci, pontificatus nostri anno decimo, indiccionis prime.